# Badische Landesbibliothek Karlsruhe

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**


# In hoc corpore continentur tripartite historie ex Socrate Sozomeno et Theodorico in vnu[m] collecte et nuper de greco in latinu[m] translate libri numero duodecim ... Cassiodori senatoris iam ...

**Cassiodorus, Flavius Magnus Aurelius**

**Augustensis, [ca. 5.II.]1472**

[Liber decimus]


urn:nbn:de:bsz:31-323790



Visual Library

fuit eas et zeno in palestine gaza philoſophantes. Et eas fertur dū pulcherrimam duxiſſet vxorem ter cum ipſa ſolummodo concubuiſſe et tres filios genuiſſe: poſtea vitam monachicam apprime eſſe ſectatum. Zeno autem epiſcopus vſqꝫ ad annorum centum habens etatem nunquā ſolennibus minor fuit aut quieuit officijs, xlix.

NOn ſolum hac religione tunc nobilitabant ſed etiam abacuc et michee prophetarum corpora ſicut audiui hoc tempore ſūt oſtenſa reuelatione diuina. Dum zebennus tunc eleutheropolitanā gubernatorum eccleſiam. in vico qui prius vocabatur ceila. In beratalia predio qd̓ diſtat ab vrbe quaſi ſtadijs x. circa hunc locum ſepultura fuit abacuc et michee. Quā neſcientes quid dicerent xpiciales. o fidelem memoriam vocitabāt, Ca. l.

Gitur theodoſius imperator poſt laborem publicum corpore fatigatus et ſperans ea ſe egritudine moriturum. potius de republica cogitabat, Conſiderans que ſolent hominibus prouenire imperatore moriente. Filium itaqꝫ honorium de conſtantinopoli velociter euocauit. ordinare volens partes heſperias. Cumqꝫ filius mediolanū veniſſet ex egritudine releuatus circum de victoria celebrabat. Et ante prandium quidem ſpectaculum quaſi ſan⁹ exhibuit, Poſt prādium repente pregnatus ad ſpectaculum venire non potuit, Filiū tamen ludo adeſſe precepit, Superueniente vero nocte defunctus eſt conſolatu olibrij et xpbini ſeptima decima die ianuarij menſis anno primo ducēteſime nonageſime quarte olimpiadis Vixit aūt imperator theodoſius annis ſexagita. ex quibus ſedecim imperauit

Explicit liber non⁹, Incipiūt capitl'a libri decimi.

DE ſucceſſiōe archadij et honorij. j.
Quod honori⁹ ludum gladiatorum remouerit, ij.
De morte nectarij conſtantinopolitani et ordinatione et actibus iohannis. Ca. iij.
Quod eutropi⁹ ꝑpoſit⁹ impatoris fuerit interemptus. iiij.
De conuerſione celticorū per iohannem. Ca. v.
De gama magiſtro militum eiuſqꝫ rebellione. vi.
De queſtione inter egiptios monachos exorta vtrū deus corpore⁹ ſit an̄ı corporeus. Ca. vij.

Quō himni nocturni a iohanne ſunt incepti. viij.
Quia epiſcopo ignatio angelorum domini laudantium viſio ſit oſtenſa, Ca.ix.
De inimicis iohannis. Ca.x.
Quomodo epiphaniꝰ ciprius iohãnis fuerit inimicus. xi.
Quomō iohannes habuerit epiphaniũ, xij.
Cur auguſta grauiꝰ et per quos iohanni facta ſit inimica. ⁊ mō fuerit exilio deportatus, Ca.xiij.
Quō ſit reuerſus et denuo a calumniatoribus impetitꝰ. xiiij.
Qualiter iohannes tractauit auguſtã. xv.
De inſidijs que iohanni fiebant. Ca.xvi.
De ſecunda depoſitõe iohĩs et de facto ſciſmate xpĩ eũ. xvij.
De exilio et de morte iohannis, xviij.
Quomō illiricus ⁊ occidens propter iohannem ab orientalibus ſe ſuſpendit epiſcopis. Ca.xix.
De ordinatione arſacij conſtantinopolitani et eius odio propter iohannem, Ca.xx.
De eutropio lectore propter iohẽm tento. xxi.
De morte arſacij et ordinacõe pontificis attici xxij.
De ſucceſſione diuerſorũ patriarcharꝝ, xxiij.
De concuſſionibus quas barbari reipublice faciebãt. xxiiij
Quō alexander antiocenus ep̃us diſcordantem populum ad vnitatem reuocauit eccleſie, xxv.
Quomodo corpus iohannis conſtantinopolim fuerit reuocatum. Capitulum xxvi.
De laudibꝫ theodoſij minoris. xxvij.
De miraculis contra perſas gentes. xxviij.
De ſucceſſione pontificũ. Ca.xxix.
De virtutibus abde apud perſas Ca.xxx.
De ſamin idem apud perſas confeſſore xxxi.
De ormiſda apud perſas nobiliſſimo confeſſore xxxij.
De beniamin perſico diacono eiuſqꝫ martirio, xxxiij.
De theodoto antioceno epiſcopo et theodoro mompſueſteno põtifice. Capitulum xxxiiij.
De fine imperatoris archadij. Ca.xxxv.

DEFUNCTO. THEODOSIO.
eius imperio filij ſucceſſerunt archadius in
oriente. honorius autem in occidente, Hoc
tempore in romana damaſus preſidebat eccle
ſia. in alexandria theophilus. hieroſolimis io:
hannes. flauianus antiocenā tenebat ſedem.
conſtantinopolitanamq; nectarius, Igitur circa octauam diem no
uembri menſis. eodem conſulatu corpus theodoſij delatum eſt. cum
ſolemni honore ab archadio filio ſepulture cōtraditur. Poſt pau
cos vero dies. id eſt viceſima ſeptima eiuſdem menſis. etiam exercitꝰ
qui cum imperatore theodoſio fuerat contra tirannū reuerſus eſt.
Et dum imperator archadius ſecundum conſuetudinem ad portas
occurriſſet exercitui remeanti. tunc milites rufinum prefectum im:
peratoris peremerunt, Erat enim ſuſpectus. quaſi tirannidem poſ
ſet aſſumere, Dicebatur autem quia hunos ipſe in romanorum ꝓ:
uincias euocaſſet. qui tunc armeniam et partes orientis valde va:
ſtabant. Ca. ij. Theodoricus.

HOnorius itaq; ſuſcipiens occidentis imperium. ludum gladi:
atorum qui dudum rome celebrabatur. huiuſmodi cauſa re:
mouit, Quidam tilemachius conuerſatione monachica. pro hac
cauſa ab oriente venit ad romam, Dumq; nefandum illud ſpecta:
culum ageretur. et ip̄e intrauit in ſtadium. et deſcendens nitebatur
pugnantes aduerſum ſe gladijs ſeparare, Cumq; ſpectatores aduer
ſum eum ſeuirent et effuſione ſanguinis graſſarentur. Prouiſorem
pacis lapidibus occiderunt. Hoc agnoſcens mirabilis imperator.
illum quidem inter victores martires numerauit. nefandum vero
ſpectaculum prorſus abcidit,

Capitulum tercium. Socrates,

PAuco tempore tranſeunte·etiam nectarius conſtantinopoli:
tanus epiſcopus defunctus eſt, Conſulatu ceſarij et atici·ſe:
ptima et viceſima die ſeptembrij menſis Mox ergo ſtudia generant
epiſcopatus·alijs alium ordinari cupientibus, Nouiſſime vero pla
cuit · ut ab antiochia iohannes euocaretur eccleſie preſbiter. Erat
enim eius doctrina fama mirabilis. Intra paucum ergo tempus cō
muni decreto omnium clericorum et laicorum·imperator archadiꝰ
euocauit eum. Et propter dignitatē ordinis cum adeſſent ex īperia:
li iuſſione plurimi epī etiam theophilus venit alexandrinus. Qui
ſtudebat quidem iohanni detrahere et iſidorum ſuum preſbiterum
ordinare. Diligebat enim eum quoniam aliquando ſuſtinuerat ꝓ
eo tale periculū Cum imperator theodoſius aduerſus maximum
tirannum decertaret · theophilus per iſidorum xenia miſit impera:
tori·et duplices miſit epiſtolas mādans ut alias epiſtolas non vi:
centi daret ⁊ porro victori munera et alias porrigeret litteras. Has
dum iſidorus portaſſet ⁊ rome veniens victoriam ſuſtinebat·ſed nō
diu latuit, Quidam enim lector rapiens epiſtolas demonſtrauit im
peratori. Quāobrem iſidorus terrore cōprehenſus in alexandriam
fugit· celare volēs qđ fuerat ei mandatum. Ob quā cauſā iſidorum
theophilus diligebat . Verum palacij iudices ꝓpoſuere iohannem
Cūq3 multi theophilum accuſarent · libellos aduerſus inimicū ꝓ
diuerſis cauſis preſentibus epīs obtulerunt. Tunc ꝓpoſitus palacij
Eutropius nomine· ſumens accuſationes ſcriptas oſtēdit theophilo
dicens· aut ordina iohannem aut accuſationes venient ad examen
Hinc perterritus theophilus iohannē ordinauit epm Qui ſuſcepit
epiſcopatum ſexta decima die februarij menſis · conſulatu honorij
imperatoris et eutichiani p̄fecti Quia vero iohannes vir fuit om:
nino de conuerſatione et quemadmodum ſit depoſitus et morte po:
tius honoratus exponam Iohannes itaq3 fuit antiocenus filius
ſecundi et anthuſe nobilium perſonarum ·diſcipulꝰ ſophiſte libanij
et auditor andragathij philoſophi. Cumq3 ſe ad aduocationem pre
pararet conſiderans moleſtias litigantiū iniuſtum ꝙ vite ꝯpoſitū
potius elegit quietem , Et hoc fecit emulatus euagrium· quoniā et
ipſe dum iſdem ſtudijs eſſet vſus·quietam magis ſecutus eſt vitam
Mox ergo mutato ſchemate· pariter et inceſſu· diuinis lectionibus

incumbebat ; et frequẽtius ad ſanctam concurrebat eccleſiam. Hoc agens perſuaſit etiam theodoro et maximo· qui fuerant condiſcipuli eius apud ſophiſtam libanium· ut pompoſam relinquerent vitã et ſimplicem ſequerentur. Quorum theodorus poſtea epiſcopus mompſueſtene ordinatur eccleſie ; maximus autem ſeleucie iſaurie Tunc itaqꝫ iſti fiunt diſcipuli in lectione diuina diodori atqꝫ carcerij · qui eo tempore ſacris monaſterijs preſidebant. Sed diodorus poſtea tarſi ordinatus epiſcopus multos conſcripſit libros · ſacras ad litteram intuens ſcripturas, Porro iohannem de gentem cum baſilio tunc a meletio facto diaconos et poſtea ceſarie cappadocie preſule conſtituto, Zeno epiſcopus hieroſolimis reuertens · lectorem in eccleſia antiocena conſtituit, In quo adhuc officio poſitus librum edidit contra iudeos. Poſt paucum vero tempus etiam diaconatũ a meletio promerens· de ſacerdotio alium fecit librum, Alioſqꝫ plurimos explanauit. Poſtea vero meletio in conſtantinopolitana vrbe defuncto· recedens iohẽs a meletianis et neqꝫ paulino cõmunicãs tribus annis continue ſub quiete degebat, Poſtea vero paulino moriente ab euagrio eius ſucceſſore preſbiter ordinatur, Ante epiſcopatum itaqꝫ hoc modo conuerſatus eſt, Fuit enim vir ut aiunt propter zelum caſtitatis ſeuerior · et amplius quã habebat a iuuentute ſua furori magis quã reuerentie ſe prebebat ; et propter vite rectitudinem, Incautus proſpicere de futuris ; propter ſimplicitatẽ vero eis libertate profuſus apud colloquentes non mediocriter vtebatur. Docendo precipuus erat ; vtilis ad corrigendos audientium mores. In confabulatione vero arrogans a neſcientibus putabat

Cum ergo talis moribus eſſet ; epiſcopatu ſuſcepto maiori factꝰ qm̃ debuerat vtebatur clericorum ſuorum corrigere vitam volens Mox igitur in ipſo initio cum clericis aſper videretur rethor eccleſie erat plurimis odioſus et veluti furioſum vniuerſi declinabant. Cõpellabat enim eum ut velut omnes offenderet ſerapio diaconus eiꝰ qui aliquando preſentibus clericis hunc protulit voce magna ſermonem, Nunquã poteris o epiſcope hos corrigere ; niſi vno baculo percuſſeris vniuerſos. Quo dicto maiora contra eum odia concitata ſunt. Non poſt multum vero tempus plurimos clericorum pro

diuerſis exemit cauſis. At illi conſpirantes aduerſus eum · etiam derogationibus apud populos verbãtur, Quarum rerum faciebat maximam fidem · eo  ne vllum ſecum comedere pateretur · nec ipſe ad alium inuitatus accederet, Dicunt enim quidam propterea noluiſſe eum cum quocunq; comedere · eo  turpiter manducaret · eſcaſq; perciperet. Alij vero propter excellentem ciborum continentiã hoc eum facere predicabant, Sozomenus.

EGo tamen quodam viro veraci referente audiui · quia propter abſtinentiam caput et ſtomachum ſepe dolebat · et ideo prãdiorum epulas euitabat, Socrates.

POrro populus propter ſermones quos in eccleſia faciebat · diligebat eum · paruipendens accuſatorum voces, Quales vo ſint eius libri · non oportet nunc dici · quoniam legentibus potuerũt indicari. Igitur dum clero tantũmodo eſſet infenſus · machinationes contra eum non omnino valuerunt. Dum vero etiam plurimos procerum obiurgare cepiſſet tunc inuidia contra eum maior accenſa eſt. Et quidem plurima dicebantur multa q; faciebant audientibus fidem. Ca · iiij ·

PIus derogationibus dedit augmentum omelia contra eutropium tunc prolata. Eutropius enim eunuchus prepoſitus imperatoris et habens conſulis dignitatem · volens in quibuſdam refugientibus ad eccleſiam vindicare · ſtuduit ab imperatoribus legem poni · iubentem ut nullus ad eccleſiam confugeret · pmo qui dudum confugerant traherentur. Sed dei ſecutum eſt repente iudicium, Erat ergo propoſita lex. Poſt paucos vero dies cum ipſe eutropius offendiſſet imperatorem, Inter refugas erat apud eccleſiam, Epiſcopus ergo eutropio ſub altari iacẽte nimioq; repercuſſo timore · reſidens ſuper ambonem vbi ſolebat prius facere conſuete ſermonem · omeliam increpatoriã fecit aduerſus eum, Vnde magis plurimos offendebat · eo  homini · in infelicitate poſito · non ſolum miſeratus non eſt · ſed etiam nec obiurgare deſiſteret. Igitur eutropij tunc conſulatus dignitatem habentis · propter quedam vicia caput imperator iuſſit auferri · et ex ordine conſulum eius nomen

penit⁹ abrogari, Quãobrem theodori ſolũmodo qui cum eo conſul
fuit nomen aſcriptum eſt, Pro diuerſis igit̃ cauſis multos ſepius fi-
ducialiter obiurgabat; et plurimis erat odioſus, Vnde theophilus
alexandrine ciuitatis epiſcopus· mox poſt ordinationem cauſas ei⁹
deiectionis inquiſiuit; et quibuſdam parentibus de eo latenter ob-
loquebatur; multis eciam longe poſitis ſcribebat. Contriſtabatur
enim non ſolum pro fiducia iohannis; ſꝫ quia etiam iſidorum pre-
ſbiterum ſuum epiſcopũ conſtantinopoleos ordinare non valuit.

Theodoricus,

SAcerdotibus igitur iohannes epiſcopus ſupplicabat· ut ſecũ-
dum eccleſiaſticas viuerent ſanctiones, Quas quicunqꝫ pre
uaricari preſumerent; eos ad principem ꝓhibebat accedere. Dice-
bat enim q̃i nec deberent frui honore ſacerdotij· qui eorum vitam cõ
temnerent imitari. Non ſolum enim prouinciam vrbis conſtan-
tinopoleos habebat. Sed etiam tocius thracie que ſex ꝓuincijs eſt di
uiſa; et que vndecim amminiſtrationib⁹ diſpenſatur, His legibus
ornabat etiã ponticam regionem; que totidem iudicib⁹ gubernari
dinoſcitur Cumqꝫ cognouiſſet in phenice adhuc demonib⁹ ſacrificia
miniſtrari; electos monachos et imperialibus ſanctionib⁹ coarma
tos aduerſus cultores deſtinauit idoloꝝ dans pecunias temploꝝ de-
ſtructorib⁹ erogandas· non ex erario publico· ſed quaſi a fideliſſi-
mis mulieribus oblata ſponte ꝑcipiebat, Ca· v·

VIdens igitur ppl'm etiã celticoꝝ arrianis retibus laqueatum
et cogitãs de eoꝝ capiẽda ſalute; conſiliũ huiuſmõi venatio
nis inuenit. Eiuſdẽ nãqꝫ lingue preſbiteros diaconos atqꝫ lectores
fecit· et vnam eccleſiam dedit, Qua occaſiõe multos eoꝝ cepit· dũ et
ipſe frequenter illic iret et ꝑ interpretẽ celticũ diuinas lectiones expo-
neret, Hec ergo intra ciuitatem crebro faciens plurimos eius gentis
arrianoꝝ ad apoſtolica dogmata ꝛ̇uocauit, Apud ſcithas autem q̇-
dam erant deſiderium ſalutis habentes quo non poterant ꝑuenire,
Qđ iohannes agnoſcens queſiuit viros apoſtolicos zelo feruentes
eoſqꝫ direxerit et deſiderantib⁹ ſalutis gratiam miniſtrauit, Ego aũt
etiam litteras eius legi ad leontium ancire preſulem· quibus indi-
cauit ſcithas fuiſſe conuerſos. In noſtra prouincia cognoſcens in
quibuſdam vicinis marciõis creuiſſe languorem; ſcripſit eius loci

paſtoribus ut eos pellerent, Inſuper etiam principis ꝓ hac cauſa
proferri peciit ſanctionē, Ca·vi·

GAina quidam genere celticus conſilio barbarus·ſtudio tirā-
nico vehementer elatus · eo tempore cū eſſet magiſter militū
multos ſue gētis·multos etiam romanorum ſub ſuo magiſterio ha-
bens·terrorem plurimis·etiam ipſi principi meditatione tirannidis
inferebat ; eratq; arrianus. Is ergo rogauit imperatorem · ut intra
ciuitatem ei·vnam daret eccleſiam. At ille eum ſe placare promiſit,
Tunc euocans iohem·eiq; potentiam illius meditatamq; tiranni-
dem dicens·petebat ut data eccleſia eius refrenaret intētionem. At
ille virtute fortiſſimus·noli inquit o imperator hec promittere·neq;
ſanctum canibus dare·non enim potero deo benedicentes expellere ·
et ſanctum templum blaſphemantibus iniuſte cōtradere. Neq; hūc
barbarum metuas imperator ſed ambos nos iube vocari · et ſubſi-
lentio inter nos que dicuntur audi . Ego nanq; linguam illius ſic
frenabo·ut non preſumat petere que dari non expedit. Hoc audi
ens imperator gauiſus eſt et vtrunq; altera die vocauit. Tunc gai-
nas petitionem poſcebat ſua iohannes contradicebat dicens, Non
licet imperatori pietatem cuſtodienti · aliquid contra mandata di-
uina preſumere. Cunq; reſponderet ille quia oratorium et ipſe habe
re deberet·iohannes ait. Vbiq; tibi diuina domus aperta eſt·et nul
lus te vetat orare, At ille ſed ego inquit alterius ſecte ſum · et cum ī
eis vnum templum habere repoſco. Multos enim pro romana re-
publica labores aſſumpſi·et non debeo in mea petitione contemni
cui iohannes, Plurima inquit premia et que tranſcendant tua cer-
tamina percepiſti. Magiſter militum factus conſolari toga inſuper
exornatꝰ·et oportet te conſiderare quid dudum fueris et qualis mo-
do conſpiciaris·et que priſca paupertas et que moderna ſubſtantia
quibus veſtibus vtebaris antequā hiſtrū tranſiſſes·et quibus nūc
vteris conſidera. Igitur quia pauca labores maxima tibi premia
contulerunt·et circa honorantem te non ſis ingratus, His ſermoni-
bus tantus ille doctor obſtruxit os gaine·cumq; compulit ut taceret

Socrates.

IGitur dum gainas adipiſci deſideraret imperium · qui dudum de
ſua fide apud beatam martirem euphemiā in calcedonia imꝑatori

archadio promiſiſſet diuerſa conſilia reuoluebat et in ſua intentiōe
ſemper inſtabat, Dumqꝫ per diem nichil in vrbe : conſtantinopoli
tana agere potuiſſet : machinatus eſt ut nocte barbaros mitteret q̄
palacium concremarent. Tunc enim aperte monſtratū eſt quomō
deus cuſtodiat ciuitatem, Miſſis enim ab eo barbaris ad incendiū
atqꝫ predas : angelorum turba apparuit armatorum ingens corpꝰ
habentium. Jlli vero putantes eſſe milites abſceſſerunt. Cunqꝫ
hoc gaine fuiſſet nunciatum · incredibile viſum eſt, Nouerat enim
quia cunctus exercitus per ciuitates fuerat conſtitutus, Quaprop̄t
denuo futura nocte alios deſtinauit. Cunqꝫ idem ei renunciatū fuiſ
ſet denuo enim angeli eadem viſione barbaris oſtendebant. Nouiſ
ſime ipſe egreſſus cum multitudine · miraculi ſumpſit experimentū
arbitratus reuera qꝫ per diem quidem lateret exercitus · nocte v̓o ꝓ
eius cuſtodia poneretur · et ita dum intra vrbem nichil poſſet im:
plere : egreſſus ad traciam a parte hoſtilem monſtrauit intentionē

Theodoricus.

CVm igitur aliquantum tranſiſſet tempus : diu meditatam
tirannidem gainas patefecit. Collecto nanqꝫ exercitu per tra:
cias vniuerſa vaſtabat, Hoc agnoſcentes et iudices et populi terre:
bantur · et neqꝫ repugnare illi quilibet preſumebat neqꝫ apud eum
legatione fungi · dū aſperitatem barbaricā formidarent. Tunc ergo
tanquā metuentes relinquēs imperator : iohanni viro ſanctiſſimo
onus legationis impoſuit, At ille neqꝫ illius reſultationis memor
neqꝫ inimiciciarū que hinc exorte videbantur : alacriter eſt profe:
ctus ad thracias. At ille cognoſcens legatum · eiuſqꝫ fiduciam ꝓ pie
tate ſic licenter aſſumptam : occurrit ei longo itinere eiuſqꝫ dexterā
ſuis oculis circumpoſuit : inſuper etiam ſuos filios ſacra eius ge:
nua oſculari precepit. Huius ergo virtutis iohannes fuit · ut etiā
valde terribiles humiliari cogeret et timere vij. Socrates

EA tempeſtate queſtio mota fuerat vtrum deus corporeus eēt
et hominis haberet ſcema · an certe in corporeus et ſcemate hu
mano omnimodis alienus. Ex qua queſtione contentiones et certa
mina plurima ſurrexerunt · aliꝫs hoc · aliꝫs affirmātibus aliud · ma:
xime tamen ſimplices monachorum · corporeum et humane forme
deū eſſe iudicabāt. Plurimi vero reprobantes illos · deū in corporeū

eſſe dicebant·et forma corporea ſegregatū. Cum quibus theophilꝰ quoqꝫ alexandrinus conſonabat epiſcopus·ita ut in eccleſia coram populo contra eos qui humane forme deum aſſeuerant contenderet & deum in corporeū ſuo dogmate definiret. Hec agnoſcentes egiptiorum monachi venerūt alexandriam·et ſeditionem contra theophilum velut impium excitarunt · ita ut eum occidere niterentur. Hoc ille cognoſcens · cogitauit quemadmodum euitaret mortem. Quos ſub blandimento ſuſcipiens · hec eis locutus eſt, Sic inquit vos video·ſicuti dei vultum. Hoc dictum monachos a ſuo impetu reuocauit. At illi ſi vere inquiunt dicis·quia dei vultus ſic eſt ſicut et noſter·anathematiza libros origenis · ex ipſis enim quidam aduſantur opinioni noſtre. Si enim hoc non feceris · que imperator ꝗ rebellium ſunt a nobis ſine dubio ſuſtinebis. Ego inquit theophilus que vobis placent facio, Nolite in me ſeuire·nam et ego inimicus ſum libroꝝ origenis·et culpo ſuſcipientes. Sic ergo monachos declinauit · et forſitan ideo hec queſtio hactenus eſt ablata. Poſt hec huiuſmodi cauſa prouenit. Egipti monaſterijs quatuor venerabiles preſidebāt viri·dioſcoros·ammonius·euſebius·euthimꝰ·germani·qui pro corporis magnitudine longi vocabantur·ſermone vitaqꝫ fulgentes · et propterea apud alexandrinos egregijs · ſed etiā theophilus eos honorabat epiſcopus. Quamobrem dioſcorum violenter tractum hermopoleos fecit epiſcopum. Duos autem eorū rogauit ut habitarent cum eo·et viꝫ epiſcopus imperauit·factoſqꝫ clericos eccleſie economos inſtituit. Cunqꝫ illi eſtuarēt·cur minime propoſitum ſue conuerſationis implerent·et procedenti tempore viderent animas ſuas ledi · dū epiſcopus pecunioſam haberet vitam et multum auri ſtudium congregandi · repudiabant eſſe cum eo et deſerti potius habitaculum diligebant, Dumqꝫ ille neſciens eorum voluntatem ſibi eos adeſſe depoſceret · poſtea videns quia eis ipſe potius diſpliceret·iratus interminabatur eis. At illi hoc paruipendentes·abſceduunt. Porro theophilus cum animo feruens eſſet niſus eſt ut viros illos qua poſſet arte vexaret, Et fratrem interim eorū dioſcoꝝ habebat odioſum. Contriſtabatur enim quia eos turba diligeret ut coleret monachorum regulam · et ſciebat quia eis aliter nocere non poſſet niſi monachos debellaret · probauerat quoqꝫ q̄a

crebro cum eis habito ſermone·faterentur incorporeum eſſe deum et
non humane forme; ne forte neceſſitate humane forme·humana
quoqꝫ paſſio ſequeretur. Et cum ſic theophilus ſaperet tamen ut ſe
vindicaret qđ bene prius predicauerat immutauit. Mittens enim
inheremum·plurimos monachorum ſimplicium et ſpiritali exerci:
tatione carentium·eſt venatus dicens; non portere ſequi dioſcorū
neqꝫ fratres eius·dicentes in corporeum deum. Deus enim ſecundū
diuinam ſcripturam et oculos habet et aures et manꝰ et pedes·ſicut
et homines. Dioſcorus autem eiuſqꝫ ſequaces ſequentes origenem·
dogma blaſphemum introducūt; quaſi deus nec oculos nec aures·
nec manus habeat neqꝫ pedes. Hac ſeductiõe·monachorum plu:
rimi ſunt decepti; et ſeditio feruentiſſima ſuſcitabatur. Sed exercita:
ti viri ſeducti non ſunt. Simplices autem ardore fidei repente con:
tra fratres inſurgunt; et facta diuiſione alterutros impetebāt. The:
ophili ſequaces origeniſtas et impios appellabant fratres. Iſti vero
ſequaces theophili·humani formianos vocabant. Ob quā rem or:
ta immani ſeditione·theophilus cum armatorum multitudine ve:
nit in nitriam contra dioſcorum eiuſqꝫ fratres. At illi vix fuga va
luerunt declinare pericula. Ca·viij·

CVm hec in egipto fierent·iohannes conſtantinopolitanus
doctrina florebat·et apud cūctos fauorabilis habebatur; au:
xit qꝫ primus in nocturnis ẏmnis orationes·ob huiuſmodi cauſā
Arriani ſicuti dictum eſt foris ciuitatem collectas agebant; ſabba:
to autem atqꝫ dominica intra portas et per porticus congregati·hi:
nos et antiphonas ex arriano dogmate cõpoſitas decantabant; &
hoc maxima noctis parte facientes·diluculo cum ipſis antiphonis
per mediam ciuitatem egreſſi portam·ad ſuam eccleſiam concurre:
bant. Cumqꝫ hoc crebro quaſi ad vituperationem orthodoxorum fa:
cere non ceſſarent·frequenter enim etiam hoc cantabant; vbi ſunt
qui dicunt trina virtute vnum. Tunc iohannes metuens ne ſim:
plices huiuſmodi cantibus traherentur·inſtituit ſuum populum
ut & ipſi nocturnis occuparentur himnis; quatenus et illoꝝ obſcu:
raretur opus·et fidelium profeſſio firmaretur. Studium ergo iohā
nis nimis vtile; cū turba periculiſqꝫ finitum eſt. Nam dū clariores

hĩmni omouſianorum noctibus apparẽt. Fecerat enim etiam cruces argenteas q̃ cum ardentibus cereis portabantur. expenſas ad hec eudoxia auguſta prebente: tunc arriani zelo tracti uſq̧ ad neces inſurgunt. Vna ergo nocte facta congreſſione. petra in fronte percuſſus eſt briſon eunuchus auguſte. qui ad himnos exercendos fuerat deputatus: ſed etiam quidam ex populo vtriuſq̧ partis extincti ſũt In his motus imperator prohibuit arrianos himnos publice decãtare.

Dicendum tamen eſt vnde ſumpſit initium: ut in eccleſia antiphone decantentur. Ca. ix.

Ignacius antiochie ſirie tercius. poſt apoſtolum petrum epiſcopus qui etiam cum ipſis degebat apoſtolis. vidit angelorum viſionem quomodo per antiphonas ſancte trinitati dicebant himnos. Is q̧ modum viſionis antiochene tradidiſſe probatur eccleſie: et ex hoc ad cunctas tranſiuit eccleſias. Ca. x. Sozomenus.

FErtur enim quoniam inter alia iohannes etiam pro ſeueriano gabalenſi epiſcopo odium auguſte conceperat. Is enim ſeuerianus et antiochus ptolomaidis. ambo eloquentiſſimi et coraz eccleſia docere preparati. Veniens ergo prius antiochus conſtantinopolim. eloquentia promotus atq̧ pecunijs ditatus in ſuam reuerſus eſt ciuitatem. Pro cuius zelo ſeuerianus poſtea venit: videre iohannem. et frequenter in eccleſia ſermonem facto. mirabilis apparebat: erat q̧ honorabilis apud multos proceres. et apud ipm imperatorem pariter et auguſtam. Cumq̧ iohannes perrexiſſet in aſiam huic cõmendauit eccleſiam Credebat enim eius blandimentis. quia eum reuera diligeret. At ille magis ſe auditoribꝫ cõmendabat. Quod dum iohannes audiſſet. ſerapione nunciante zelatus eſt. reuerſoq̧ ab aſia iohanne contigit. tranſeunte ſeueriano ut ſtudio non aſſurgeret ſerapio, At ille exaſperatus clamauit, Si ſerapio clericus mortuus fuerit. xp̃us inhumanatus non eſt, Ob hanc rem accuſatus a ſerapione veluti iniurioſus et mũdum blaſphemus. ciuitate pulſus eſt a iohanne. Quod auguſta cognoſcens. per familiares ſeueriani mox eum a calcedonia fecit euocari. Porro iohannes multis rogantibus eum videre refugiebat: donec in apoſtolorum eccleſia ei9

genibꝰ poneret auguſta theodoſium filium ſuum · ſupplicans et ſe:
pe coniurans· ut ſeuerianū ſuo reconciliaret affectui,

Socrates.

INterea monachi ab heremo ad conſtantinopolim veniunt· cū dio:
ſcoro et fratribus ; cum quibus iſidorus· qui theophili amiciſſimus
dudum ob huiuſmodi cauſam poſtea fuerit inimicus, Petrus qui:
dam archipreſbiter alexandrine fuit ecleſie ; theophilus ab ecleſia
odio faciente proiecit ; culpans eum quaſi mulierem quandam ma
nicheam non primitus abrenunciantem hereſim ; in cōmunionē
ſacram ſuſceperat, Cunqꝫ petrus diceret ſe eam iuſſu theophili ſu:
ſcepiſſe ; illo negante· iſidori teſtimonium petrus implorabat· quia
hoc actum non ignoraſſet epiſcopus. Eo tempore iſidorus rome de:
gebat· a theophilo miſſus ad damaſum ; ut ei flauianum antiochie
reconciliaret epiſcopum. Verum reuerſus iſidorus petri reſponſio:
nem veram eſſe firmauit· dicens quia mulier manichea cum epiſco
pi iuſſione fuiſſet ſuſcepta. Hinc accenſus theophilus· ambos expu:
lit ab ecleſia, Ob hanc ergo cauſam iſidorꝰ cum dioſcoro et reliquis
conſtantinopolim venit ; ut principi ⁊ iohanni eius facta narraret
Hec iohannes agnoſcens honorabat principio viros· eorumqꝫ frue
batꝛ orationibus ; cōmunione vero ſacra cum eis ante cauſe cogni:
tionem participari non voluit, His ita geſtis peruenit ad theo:
philum ſermo falſus· quaſi iohannes illis cōmunicaſſet ut eis ferret
auxiliū ; parabatqꝫ ut non ſolum de dioſcoro et iſidoro ſemel vlciſce
retur · ſed etiam iohannem de epiſcopatu deponeret. Miſit ergo ad
ſingularum epiſcopos epiſtolas· celans intentionem ſuam· culpās
tamen origenis libros, Deinde epiphanium cipri fecit amicum· cum
prius eius fuerit inimicus· tanquā de deo minus ſaperet· eumqꝫ for:
mam hominis habere iudicaret, Tunc ergo quaſi ex penitentia eiꝰ
ſe profeſſus eſt ſequi ſectam ; egitqꝫ ut ſinodus epiſcoporum cipri ce:
lebraretur· quatenus libri damnarentur origenis. Porro epiphaniꝰ
propter nimiam ſui reuerentiam atqꝫ ſimplicitatem circūuentus· cō
ſtitutam ſinodo lectionem librorum origenis interdixit· miſitqꝫ litte:
ras ad iohannē monēs· ut ſe ab origeniana lectōe ſuſpēderet· ⁊ ſino
do cōgregata q̄ placuerāt etiā ipſe firmaret, Theophilꝰ igꝰ famoſiſſi:
mū epiphaniū circūueniēs· ⁊ agnoſcēs ſua vota ꝯficē· etiā ipſe epis

dãnauit origenis · qui pene ante ducẽtos defunctus eſt annos ; nõ
quia huiuſmodi haberet intentionem ; ſed ſtudens dioſcoro eiuſqꝫ
nocere ſequacibus, Johannes autem paruipendens que ab epi:
phanio et theophilo fuerant nunciata in doctrina eccleſiaſtica labo:
rabat et in ea quidem florebat ; nichil tamen de his que contra eũ
cogitabantur ſepe curabat, Cumqꝫ theophilus iam manifeſte ſtudẽ
videretur · ut iohannem epiſcopatu deponeret ; tunc etiam inimici
iohannis theophilum ſunt ſecuti · et multi clerici multi procerum pa
lacij tempus inuenientes oportunum · nitebantur vt ſinodus con
ſtantinopolim fieret contra iohannem ; et hoc tam epiſtolis ſibi:
met quã verbis mandabant, Auxit igitur odium iohanni cauſa
ſeueriani et antiochi epiſcoporũ q̃ ſup̃ relata eſt, Ca · xi ·

Poſt paucum vero tempus · epiſcopus epiphanius conſtantio:
polim venit portans damnationem librorum origenis · qui:
bus non quidem ipſum origenem excõmunicatum decreuerant ; ſꝫ
libris tantũmodo derogauerant, Egreſſus ergo ad baſilicam ſancti
iohannis miliario ab vrbe ſeptimo conſtituta · et collecta ibidem ce:
lebrata · ordinatoqꝫ diacono · rurſus venit in ciuitatem · et inuitatiõꝫ
quidem iohannis declinauit cauſa theophili · in propria vero man
ſione habita magis elegit. Et vocans tunc preſentes epiſcopos · dã:
nationem librorũ origenis legebat eis. Et quidam habentes epipha:
nio reuerentiam · ſubſcribebant · plurimi autem hoc facere recuſabãt

Quorum fuit etiam theotimus ſcithie preſul · qui ita reſpondit.
Ego inquit o epiphani neqꝫ ei q̃ui dudum bene requieuit iniuriã
infero · neqꝫ rem blaſphemam temptare preſumo · damnans ea que
priores nr̃i reſpuere noluerunt, Proinde neqꝫ malum doctrinam ĩ
libris origenis eſſe conſpicio, Tunc proferens libros eiuſdem orige:
nis legit · et eccleſiaſticas expoſitiones oſtendit · ac poſtea procedens
dicebat. Qui his contumelias inferũt · neſciunt ſemetipſos. Hec ergo
theotimus vite rectitudine famoſiſſimus · epiphanio reſpondiſſe fer:
tur. Sed quoniã detractatores plurimi ſurripiẽtes veluti blaſphe
mum reſpuunt origenem · pauca de his dicere non videtur abſur
dum. Viles homines et qui per ſemetipſos nequeunt apparere · vi
tuperando meliores eſſe ſe aliquid conantur oſtendere, Hoc paſſus
eſt primo methodius licie olimpi ciuitatis epiſcopus · deiñ euſtachius

pauci preſul temporis· et poſt eũ appollinaris ; nouiſſime theophi-
lus. Iſti derogabant origeni· et aliter ob aliã cauſam ad accuſatiõez
eius acceſſerũt. Methodius igitur cum multũ derogaſſet primitus
origeni· poſtea velut ex penitentia miratus virũ in dialogo quem
attitulauit Xenomẽ ſic ait. Sed quid amplius ego de illorum que-
rimonijs factis contra origenẽ loquor. Dũ enĩ culpant eũ ꝓ quib9
putant cauſis et nichil quaſi male credentẽ de ſancta trinitate repe-
rierunt· oſtendunt in eo magis pietatis et rectitudinis teſtimonia
perhibere. Athanaſius aũt defenſor niceni concilij ; libris proprijs
contra arrianos voce clara ſue fidei hunc virũ vocat illi9 libros cõ-
iũgens ſuis ; et hec dicens · mirabilis inquit et laborioſiſſimus ori-
genes· hoc de filio dei nobis teſtimoniũ ꝑhibens ait ; coeternũ eũ aſ-
ſeuerans patri. Ignorãt igit̃ ſemetipſos derogatores origenis· etiam
laudatorẽ ei9 athanaſiũ blaſphemãtes. Hec de origene dicta ſuf-
ficiant ; nũc ſequamur hiſtoriã. Ca· xij·

IOhannes igitur conſtantinopoleos indignat9 ẽ· cur abſqȝ regulis
in eius eccleſia ordinationẽ fecerit epiphani9· ſȝ tñ rogabat ut inter
epõs cum eo manẽt. At ille nec manere ſe cũ eo nec orare reſpondit
niſi dioſcorũ et qui cũ eo erãt vrbe depelleret. Et ipẽ in librorũ orige-
nis damnationẽ ſubſcriberet.

IOhanne hec facere differente· et dicente non oportere ante catholicã
cognitionẽ aliquid facere petulanter ad hoc conſiliũ ab inimicis io-
hannis epiphanius inſtigator cũ eſſet in apoſtolorũ eccleſia· celebra-
ta collectio procedẽ faciũt epiphaniũ · et corã omni populo origenis
damnare libros et adiudicare dioſcoꝝ eiuſqȝ ſequaces· ſimul quoqȝ
derogare iohanni ; velut eorũ defenſori. Hec iohanni nunciantur
Altera vero die dũ iã veniſſet epiphanius ad eccleſiã· hec ꝑ ſerapio-
nem verba mãdauit. Contͣ regulas multa geſſiſti o epiphani ; pri-
mũ quidẽ q̃a ordinacõem feciſti in eccleſia ſub meo iure conſtituta ;
deinde quia me non iubẽte in eis auctoritate ꝓpria ſacra celebraſti ;
rurſus quia inuitatus excuſaſti · et nunc denuo in te ipõ confidis.
Qua ꝓpter obſerua ne turbatio naſcat̃ in pplõ ; et hui9 rei ꝑiclm
ipẽ ſuſcipias. Hec dũ audiſſet epiphanius ; ab eccleſia formidat9
abſceſſit. Cumqȝ reuerſurus eſſet ad ciprũ· ferunt quidã hec eũ man-
daſſe iohanni. Spero ; q2 non moriaris epũs. At ille remandauit

Spero·te ad tuã patriã nõ redire, Nec vtrũ vere dicta ſint neſcio ambo tñ hunc habuere finem. Nã nec epiphanius viuus peruenit ad cyprũ·ſʒ in naue defunctus eſt. Et iohannes poſt paululũ ep̃atu depoſitus eſt. Ca·xiij·

QVnqʒ epiphani⁹ diſceſſiſſet p̃uenit ad iohannẽ·quõ eudoxia auguſta eũ contra iohannẽ armaſſet·et hinc accenſus lingue vbertate·ſermonẽ fecit in populo cũctaꝝ mulierũ vituperatione plenum. Hunc ſermonem populus omnis arripuit·quaſi contra auguſtam ꝯplatus eſſet, Ita peruenit ad aures imꝑatorũ, Qd̃ auguſta cognoſcens velut iniuriã ſuã nunciauit imꝑatori·dicens illius eſſe magis contumeliã que eius vxori fiebat. Quãobrem geſtũ eſt·ut theophilus contra eũ quã velocit̃ ſinodũ celebraret · qd̃ etiã ſeuerianus ſimul agebat·erat enĩ ad hunc inimicus. Inter hec theophilus venit multos ſimul ep̃oꝝ mouens, Confluebãt igitur plurimi inimici iohannis. Aderant etiã quos ep̃atu remouerat. Omnes ergo concorditer in calcedonia cõuenerunt·vbi tunc erat ep̃us cirinus·multa contra iohannẽ loquẽs impiũ eũqʒ vocans, Ep̃i vero delectabantur in talibꝫ, Porro marutha meſopotamenus ep̃us·nolens cirini calcauit tũc pedẽ. At ille dolore conſtrictus · conſtãtinopolim cũ ep̃is trãſire nõ potuit·alij ſũt tranſuecti. Sozomenus,

POſtea vero cum dolore laboraret eius crus frequenter abſciſũ eſt · quia putredo pene omne corpus eius inuaſerat et per pedem alium iã ſerpebat. Is ergo poſt paululum tẽporis eſt defunct⁹.

THeophilo aũt ab alexandria veniente · nullus Socrates. occurrit nec ſolemni honore potit⁹ eſt. Erat enĩ apertiſſimus inimicus. Sed alexandrini naute qui tunc venerãt cũ frumẽtis·occurrentes eũ fauorabilit̃ ſuſceperũt, Cumqʒ veniſſet conſtãtinopoli refutauit in eccleſiã introire · ſʒ in vna domo auguſtarũ vocabulo placidiana·tunc habitauit. Hinc ergo ceperũt contra iohannẽ mouere cauſas·et non iã de libris origenis memoria ferebat̃·ſʒ has accuſacões illicitas excitabãt . His itaqʒ preparatis·cõuenientes ep̃i in ſuburbano calchedonenſi qd̃ rufini noĩe vocatur·vbi eſt in honore petri et pauli apoſtoloꝝ baſilica conſtituta·euocauerũt iohẽm ſatiſfacturũ ꝓ quibus accuſabatur. Iuſſeruntqʒ ut cum eo venirẽt ſerapion et tigrius eunuchus preſbiter et paulus lector·iſti enim ſi‹l›

accuſabant. Cumqꝫ iohannem euocantes velut inimicos refutaret·
vniuerſalem ſinodum fieri proclamauit. At illi nichil morati quā
iterum euocauerunt. Qui cum noluiſſet occurrere ſed ſinodum fieri
proclamaret· damnauerunt eum · in nullo culpantes niſi quia vo:
catus noluit obedire. Dumqꝫ hoc fuiſſet circa veſperam nunciatū ·
populus ad ſediciones maximas excitatus eſt ; et nocte concurrē:
tes eum trahi ab eccleſia non ſinebant. Sed clamabant ut apud
maius concilium de eo ageretur examen. Porro iuſſio principis im
minebat ; velociter eum eijci ⁊ exilio deportari. Hoc agnoſcens io:
hannes · tercia damnationis die circa meridiem ſemetipm̄ populo
